Quelle:
Copyright:

9

Notata de resurrectione, et judicio. 148b–150a

Notata de resurrectione, et judicio sub hac præmissa rubrica: "Nota quædam bona de aliis libris Sanctorum extracta de resurrectione." Initium notaminis de resurrectione est: "Resurgent igitur corpora Sanctorum ut ait Augustinus" &c. de judicio autem: "Sicut alios esse dicimus." Plenaque desumta sunt ex libris S. Augustini, et Juliani Pomerii.

10.

Cæsarii Arelatens. Ep. Sermo. 150b–151b

Cæsarii Arelatensis Episcopi Sermo de honestate clericorum, seu, ut alii placet, de puga mulierum. Codex noster duplicem exhibet rubricam, unam: "Incipit liber S. Augustini de vita et honestate clericorum", alteram: "Incipit tractatus beati Augustini de honestate et fuga mulierum": sed utramque falsam, nec enim tractatus dici potest, cum sit Sermo, nec S. Augustino adjudicandus, sed Cæsario Arelat. ut docent edit. Benedict. Opp. S. Augustini. T. V in Append. Col. 488. ubi inscribitur de incauta familiaritate extraneanum mulierum. Cæterum Sermonis initium est: "Nemo dicat fratres (a) quod temporibus nostris martirio certamina esse non possunt."

(a) in editione: carissimi.

Cæsarius ex Abbate Lirinensi Episcopus Arelatensis obiit ad 542. Fabr. Bibl. med. & inf. lat. T. I. p. 317.

11

S. Augustini Sermo de contemptu mundi. 151b–153a

S. Augustini Sermo de contemptu mundi cum rubrica: "Augustinus de contemptu mundi." Incipit: "Audite fratres karissimi salutiferam patris nostri doctrinam." Non esse